

VD18 14919737

Etlinger, Andreas Ernst

Commentatio Botanico-Medica De Salvia Quibus In Usum Praelectionum Academicarum Definitionibus Et Observationibus Illustratum Reddidit Prodromum Florae Leydensis Adriani Van Royen Medicinae Doctoris, Huius Et Botanices In Batava, Quae Leydae Est, Academia Professoris, Qui Plantas Erlangae 1777

Signatur: 4 Phyt. 97

Nutzungsbedingungen

Bitte beachten Sie folgende Nutzungsbedingungen:

1. Die Dateien werden Ihnen nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke zur Verfügung gestellt.
2. Nehmen Sie keine automatisierten Abfragen vor.
3. Nennen Sie die Bayerische Staatsbibliothek als Eigentümerin der Vorlage.
4. Bei der Weiterverwendung sind Sie selbst für die Einhaltung von Rechten Dritter, z. B. Urheberrechten, verantwortlich.

Usage Guidelines

Please observe the following usage guidelines:

1. The files are provided for personal, non-commercial purposes only.
2. Refrain from automated querying.
3. Attribute ownership of the original to the Bavarian State Library.
4. In using the files, it is your own responsibility to observe the rights of third parties, e. g. copyright regulations.

Phyt.

94

Phyt. 97.

~~Historia naturalis. Regn. vegetable. Monographia
clavigerum, gen. & specie. 659.~~
Phyt. N^o 97.

COMMENTATIO BOTANICO-MEDICA
DE
S A L V I A

A V C T O R E

ANDREA ERNESTO ETLINGERO


M E D . D O C T .




E R L A N G A E
TYPIS WOLFGANGI WALThERI. M D C C L X X V I I .

J.







PROOEMIVM.

Si de ulla scientia, certe de historia naturali CICERO-
NIS illud valet, quod adolescentiam alat, senectutem
obleget, secundas res ornet, adversis perfugium ac
solarium præbeat, delectet domi, non impedit foris, per-
noctet nobiscum, peregrinetur, rusticetur. Præcipue in
rei herbariæ studio utilitas cum jucunditate conjuncta ma-
nifeste cuivis rerum intelligenti patent. Nullus terræ an-
gulus adeo est abstrusus, quin curiofo regni vegetabilis
scrutatori non suavissimas modo, sed saluberrimas quoque
observationes instituendi det occasionem. Quascunque ter-
ræ regiones peragramus, eas, sive continuo æstu torren-
tur, sive æterna glacie rigent, sive temperati cœli cle-
mentia foventur, inenarrabili stirpium copia et varietate
abundare videmus. Quid amoenius, quid dulcius est spe-
ctaculo, quod tot florum species in campis, pratis, silvis,
montibus, ipsisque adeo alpibus, innumeris pulcherrimis-
que coloribus superbientes, oculis exhibent? Quid gratius

XXXXVI

Braetæ cordatæ, acuminatæ, tomentosæ, minus tamen, quam folia. Calyces lanati: labio superiore tridentato (medio breviore) inferiore bifido, utroque mucronato. Corolla purpureo-violacea. Labium superius falcatum, apice emarginatum, inferioris laciniæ laterales longæ. Stamina labio superiore longiora. Semina e rotundis angulata, fusca.

45. *S. ceratophylloides* foliis pinnatifidis rugosis villosis, caule paniculato ramosissimo. LINN. mant. p. 26.

Salvia Merjamie? FORSKOL. fl. arab. p. 10. n. 29.

Salvia. ARDVIN. Spec. 2. p. 12. f. 2.

Habitat in Sicilia, Aegypto. FORSKOL.

Caulis erectus, villosus, paniculatus, ramosissimus. Folia petiolata, pinnatifida, rugosa, villosa, laciniis plerisque oppositis, laciniatis, obtusis, margine subcartilagineo. Braetæ sessiles, cordatæ, acutæ, pilis longis albis ciliatæ, calyce breviores. Racemi breves, obtusi, e verticillis densis, pilosis conflati. Calyx pilosus, præcipue ad basin; labium superius magnum, tridentatum, dente medio parvo; labii inferioris dentes rigidi. Corolla parva. — Convenit quidem cum *S. ceratophylla* ratione figuræ foliorum; sed folia viridia, non tomentosa, evidentius petiolata, pili verticillorum recti, extantes, satis hanc distinguunt; cum *S. ceratophylla* obducta sit lana varie crispa et intricata.

46. *S. Barrelieri* foliis hastato-lanceolatis inæqualibus ferratis, caule folioso erecto.

Horminum silvestre majus, hastato folio, floré cæsio hispido. BARREL. obs. 236. ic. 186.

Horminum majus hastato sive lapathi unctuosi foliis. MORIS. hist. 3. p. 393.

Sclarea folio triangulari, dentato. TOURN. inst. 180.

Ha-

Habitat in Hispania. BARRELLIER.

Caulis erectus, bi- f. tricubitalis. Folia hastato-septemlobata, lobo medio produc̄to lanceolato, inæqualiter ferrata, acuta, hirsuta, petiolata. Verticilli in racemos digesti. Bracteæ parvæ, ovatæ, ciliatæ, acutæ. Verticilli sexflori. Calyx villosus, labio superiori tridentato, inferiore bifido. Corollæ tubus brevis, labium superius falcatum, erectum, emarginatum, magnum; inferius breve, lacinia media deflexa. Stamina longitudine labii superioris. Stylus galea longior. Semina rotunda, fusca. — Species obscura, a solo BARRELLIERO visa.

47. *S. nutans* foliis cordatis obsolete quinquelobis erosis, caule subrotundo, racemis nutantibus.

Salvia nutans. LINN. /pec. plant. p. 39.

Salvia foliis cordatis, obtuse crenatis, spicis florum nutantibus. KRASCHENINNIKOW in nov. comment. Petrop. I. p. 378. t. 14.

Salvia caule nudo, spica florente pendula. HALLER in comment. Gaetting. I. p. 210. t. 11. bon.

Habitat in imperio Rutheno in collibus apricis, in quas montes Vralenses meridiem versus definunt. Perennis.

Caulis erectus, obtusus, pubescens, ad radicem et inferne foliosus, supra aphyllus, ramosus. Foliorum caulinorum duo paria; haec cordata, ita tamen ut alter sinus paullo inferior sit altero, obsolete quinquangula, margine erosa, acuta, supra saturate viridia, infra pallida, subtomentosa, petiolata: petiolis pubescentibus, in infimis foliis longissimis. Racemi plures laterales, terminalisque, longi, apice nutantes. Verticilli sexflori vel decemflori. Bracteæ cordatae, nervosæ, acuminatae. Calyx striatus, compressus, labio superiore breviore, minute tridentato; inferiore bifido, acuto. Corolla saturate cœrulea. Tubus calyce paullo longior; labium superius erectum, compressum, emarginatum, punctis albis conspersum; infe-